



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. XI. De voto paternæ mortis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

ibus. Et recte docet Sanchez adeo fiam liberam esse, ut etiam ante viginti annos nubere valeat, etiam indigno, & sine patris consensu, ne alias matrimonio liberitas impediatur, deturque puellis ansa occulte delinquendi.

5. Illud addito, esse convenienter, ut saltem à Patre consilium petatur; siquidem, in re tanti momenti, congruit patris consilium explorare, licet sine obligatione sequendi. Et quare Sanchez. l. c. arbitretur peccare mortaliter filios, si, in matrimoniis eligendis, à parentibus eiusmodi consilium non exposcant, ego tamen, pace tanti viri, huc sententia non assentior. Vt quid enim tantum peccati mortalis onus, si eis tandem consilium patris respicere concedatur? Adde primo si non nisi causa consilii patrem docere de meo matrimonio debeo, posse fortasse me à prudentiore viro illud petere, & sic non indigere paterno.

6. Adde secundo, cum nos, & ipsemet Sanchez, agamus in presentia de filiis volentibus contrahere cum indignis: si sub mortali obligamus filios ad patris consilium exposcendum, illos regulariter conficeremus in pericula rixarum. Certum enim erit, patrem contradicturum, cum agatur de sua familia dedecore; multo magis si consensum supponitur filius in arripito proposito contra patris aperiendum consilium, quam constantiam licere fartam tellam servare posse, merito iacetur idem Sanchez.

Quis ergo fore, videtur, curare, ut ignoret pater, quam sit nociva & coram, eius auctoritas despiciatur.

7. Prudenter paulo post Tamburinus sic monet. Hec dicta sunt, quando ex eiusmodi matrimonio non timeatur fore, ut sequantur gravia mala, sive scandala sive alia incommoda, tunc enim, ut notat Sanchez. l. c. num. 11. contra Charitatem, ex alio capite, quam ex solo parentum in voluntario peccati labe posset emergere.

CAPVT XI.

De Voto Paterna mortis.

1. BARON. X. Permittit filiis vota paterna mortis, ut vacuum hereditatem adeant.

Verba hæc sunt accusantis: sed quæ sequuntur sunt verba innocentis rei.

2. TAMBR. Inquires primo an sicuti (ait. l. 5. in Dec. cap. 1. §. 2.) inimiciliter velle malum punitonis modo dicto, ita universim possit quis proximo malum ex aliquo motivo desiderare?

3. Resp. Certè non statim ac illud licet, sequitur & hoc licere: nam inimico desideratur illa punitonis poena, quam iuste meretur, ac proximo nullam merenti poenam malum desiderare, iniquum per se est. Id ergo diligentius excutere hæc occasio, ne gravemur. Et solent quidem afferri exempla. An possit filius mortem patris optare, vel de illa gaudere, non ut malum patris (hoc enim esset odium execrandum) sed ut ipse filius paterna hereditate fruatur? An mater possit desiderare mortem filia, ne illam alere, vel dotare cogatur? An possit subditus mortem cupere sui Prælati, ut Prælatum ipse succedat, vel ut ab eo Prælati sibi infenso liberetur? & similia. Si solum desideres, vel cum gaudio excipias eiusmodi effectus, hereditatem, molestia carentiam, Prælatum, &c. Facilis est responsio. Licet enim hæc optas, vel amplecteris, quia non gaudes de alieno malo sed de proprio bono. Certè non potest quis licite gaudere de fornicatione, de comestione carnis, ut fessio die verita, &c. nec illa desiderare, ut tunc fiant, quia gauderet de peccato, illudque desideraret. Lege Castrop. tom. 1. tr. 2. d. 2. p. 10. §. 2. n. 11. tamen postea, quod hæc cum peccato quis commisit, potest de habita prole sibi complacere, de qua viribus relictis, quia non de peccato gaudet, sed de effectu sequuto, qui bonus est; Ita in casu nostro.

4. Rursus, si desideres sub conditione, facilis item est responsio, licite posse. Si quis enim tunc actum elicit, si vocis pater moreretur, ego hereditatem poscerem. Si mea filia

occumberet, ego modestia liberarer, & gauderem illi non de patris, vel filia morte, sed de hereditate, quæ per mortem illam, culpam adij non committeret, nec qui simili modo de bono suo gaudet, non autem de alieno malo.

5. Denique si absolute desideres in hunc modum. Cupio mortem patris, non ut malum patris est, sed ut bonum mihi, seu ut causa boni mei, non enim quia ex illa mea filia, nam sic hereditatem m' adio. Vel sic. Viam morietur filia, nam sic sexcentas sollicitudines excutiam. Si, inquam, hæc desideres, maior est respectus ad filiam, quam a tunc eligis malum velle illi, quamvis illi a filia commodum, quod non videtur culpa vacare.

6. Et ita quidem putat Bonacina tom. 1. d. 4. circa 4. Decal. præceptum q. un. p. 3. in his verbis. Secus si optatur, illum graviter peccare, qui grave aliud malum corporis parentibus exoptat v. g. cupiendo illi mortem, ut quamprimum in hereditatem succedat. Ita Syll. Navar. Gross. Reginald. Toled. Claris. Regia. Malijus. Hæc Bonacina.

7. Nihilominus Castrop. tom. 1. tract. 6. d. 4. de Clau. p. num. 11. postquam firmavit, posse malum proximo desiderari propter bonum iustitiae, vel bonum publicum, vel ipsius proximi, unde licere ex zelo iustitiae desiderare punitorem, & condignam mortem malefactori, gaudere de morte peccatoris scandalosi, qui non amplius erit causa rixarum parentum, cupere effusam filii mortem, ne longiore vita graviora peccata committat, gravissime condemnatur optare patri seni, infirmo, vel filia inermi mortem, ut tormentis vivant, & similia; quia hæc de salute non solum licet de bono proximi, de bono malo; postquam hæc præviti, sic addit. Credo, si cum debita moderamine facias, posse absque peccato mortali de vita alienius trahere, & de illius morte natum ali gaudere; illamque inefficacem esse petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum, inde sequutum. Sic docere videtur Emmanuel Sá, ubi obstat dictum, posse proximo optare malum corporale ad salutem animæ, & mortem ob R. ip. bonum, & beneficium, & possit tibi, aliqui valde nocivo mortem, non odio, sed ad vitandum damnum tuum. Item de morte eius gaudere de bono inde sequutum. Azor. & Bonac. tom. 2. disp. 3. circa primum Decal. præceptum q. 4. p. ult. §. 7. n. 7. affirmat, licere matri mortem filiarum optare, eo quod ob desinitatem, & vel inopiam non possit eas iuxta suam desiderium nuptui tradere, & idem esse dicendum, si ob illarum causam male tractaretur à marito, posset enim illarum mortem optare, ut ab illo damno liberaretur. Consenti tui licet Sanchez, qui sic inquit; licitum est tibi optare, vel proximo mortem, ob vitandam molestiam infirmitatem, necitatem, vitam penalem à marito inflictam; & alia huius generis, dummodo desideres ut à Deo infirmitas, non ab homine imminuat, vel à Demone. Ratio est, quia huiusmodi desiderium & gaudium de malo proximi, non tam est desiderium, & gaudium de malo ipsius proximi, quam de bono inde secuturo. Ego non habeo malitiam, quia illam habere non potest, nisi si illi malus sit; cum tota precies actus inefficacis ex fine desinatur. Hæc Castrop. qui etiam respondet ad quasdam rationes in contrarium. Rectè autem dictum est (morte natum ali) nam si occasione iniustam desiderares, te sine dubio peccatum, paulo ante vidimus.

8. Vereor autem ne Bonacina modo à nobis n. 31. huc allatus, sibi adverteretur. In alio enim loco contrarium docuit, ut merito eum pro se Castropalanus citare poterit. Ecce Bonacina verba tom. 2. d. 4. circa primum Decalog. præceptum q. 4. p. ult. §. 1. n. 7. citat. Item modo à Castrop. adversantia suismet verbis dicto num. 31. à nobis allatis. Ex dictis sequitur, eum graviter peccare contra Charitatem, qui alicui malum exoptat ex displicentia personæ, & rem, qui alicui malum exoptat ex displicentia personæ, & non ob bonum ipsius, vel alterius. Et paulo post. Secus si gaudeat de malo, vel tristetur de bono ex tempore motus, actus enim inefficax specificatur à motivo, ab eoque hinc.

Caput XII. De Rege quoad bellum gerend. 503

tem, & malitiam sumit. Ob id à mortali excusatur, qui de sanitate alicuius tristatur, quia ex recta valitudine occasione sumit peccandi. Et potè pauca. Idem dicendum videtur de matre, qua mortem filii ab exoptet, quia occasione ipsarum malisum agitur à marito aut iniuriis afflicto; non enim pr. priè detestatur filias ex displicentia ipsarum, sed in detestationem proprii mali. Hec Bonacin. ex quibus vides opinionem Castropal. esse satis probabilem.

9. Hec Tamb. quæ si tibi fortasse non arideat, ne uni Tamburino succenseas, sed Castropalao, sed Bonacinæ, sed aliis, quorum doctrinam ille refert, & Emanueli Sà expurgato à tuo R. M. Sacri Palatii V. Charitas n. 8. qui, si eius ratio penetraret, multum favet dictis à Castropalao.

Nota nihilominus quam cauta si horum locutio, (credo si cum debita moderatione facias) & illud (non est desiderium de malo, sed de bono venturo) & illud (est actus necessarius, qui specificatur à bono.)

CAPVT XII.

De Rege quoad bellum gerendum.

1. BARON. XI. Nec minus liberalis est in Reges, quam in privatos. Dat illis (Regibus) ius belli, si aliqua illis faveat probabilitas ex iure in eum, qui parem, aut maiorem habet probabilitatem rei posse adiacentiam.

2. Hic Baronius videtur modum ponere in scirpo. Tamburinus discretissime docet in prædicto casu non posse unum Regem intentare bellum adversus alium; addit tamen esse aliquos nobiles DD. aientes, posse, & id ita esse probabile ex extrinseca autoritatæ illorum, ut id non sit recipiendum, quasi sit universalis doctrina, sed in aliquibus casibus; Baronius autem, dicit illam esse sententiam Tamburini, & quia ille ait aliorum doctrinam esse in aliquibus casibus probabilem, ipse durum nodum vel addit, vel supponit, quasi data esset, ut doctrina universalis.

Proferatur textus Tamburini.

3. TAMB. Num. 29. Rex, seu Respublica (ait l. 1. in Dec. c. 4. §. 4. n. 29) ad gerendum bellum, vel habet probabilitatem fundatam in iure, vel in facto. In iure est, quando est opinio Doctorum, Regnum in aliquo casu certo, posse occupari. Fac. v. g. Regem alicuius Regni esse spurium, certe si addeffet opinio Doctorum probabilis, eiusmodi Regem licet posse à suo Regno repellere, hac probabilitatis immixta in iure. Probabilitas fundata in facto est, quando duo, pluresve scripturis, vel testibus contendunt probare regnum ad se pertinere.

4. Num. 30. Dico, in probabilitate orta ex iure, quemlibet Regem licet bellum gerere contra alium posse. Sic Ioan. Sanch. d. 44. à n. 57. Ratio est, quia, ut est toties dictum, potest quis sequi opinionem probabilem omnia probabiliora. Quid si alter possidentur est in casu proposito num. præc. Resp. tunc ex mea sententia non posse; quia ut supra § 3. num. 14 dixi, & mox num. seq. repetam, possessionem favere possidenti, est lex Canonica ab omnibus observanda. At tunc recurri valeat ad indices mox tangam num. 33.

5. Num. 31 Dixi (ex mea sententia) nam ex bonorum auctorum opinione posse, video; qui nihil obstante prædicta unius Regis possessione, putant in dicto casu ab alio Rege bello impeti Regem possidentem posse. Lege item Castrop. tom. 1. d. 2. p. 7. n. 1. Ioan. Sanch. d. 44. n. 58.

6. Num. 32. Quid si sit opinio practice probabilis fundata probabiliter in iure, quod dictus Rex posse Regnum ab alio possit occupare? Resp. tunc sane, etiam in mea sententia, posse: nec mirum, quia iam supponis eam opinionem esse practice probabilem. At ego adverte hanc opinionem nem nunquam fore practice probabilem ex princi-

piis intrinsecis (nam esto ex autoritate extrinseca n. 31. dicta) posse Regnum ab alio Rege possit occupari, si eiusmodi Rex cum probabilitate iuris sit in eius non controversa possessione, quia nemo, ut toties canavimus, per hominem privatum (qualis profecto est Rex, vel Respublica quacunque respectu alterius, qui sit sua absolute potestatis) nemo, inquam, spoliari potest à sua possessione, nisi certo moraliter constet, possidentem inique possidere.

7. Num. 33. In probabilitate ex probationibus facti negant absolute plerique, posse tunc Regem bellum gerere, sed debere recurri ad Indices, modo late tractato à Castrop. l. c. n. 5.

8. Sed sic est distinguendum. Potest primò Regnum, de quo disceptatur, esse in possessione unius ex Regibus, & tunc ob probabilitatem ortam ex facti probatione, non potest contra ipsum intentari bellum ab alio Rege, etiam probabiliores habente rationes facti. Ioan. Sanch. d. 64. num. 56 Ioan. Delugo tom. 1. de Iust. d. 16. §. 5. num. 98. quia obstat lex Canonica pluries repetita, cui omnes fideles subsumunt, quamque nos supra §. 3. n. 14. attulimus, & inculcavimus.

9. Certè in hoc casu possessionis, quando probatio facti ex probabilioribus rationibus uni faveat Regi, & in casu, quem num. 30. huc remisimus, non est improbabile possit recurri ad Indices eo modo, quo laudatus Castropalaus l. c. presequitur; illum si placet, adiungam enim nobis est otium, ea, quæ raro contingant, universa percurrere.

10. Num. 34. Potest secundo dictum Regnum vacare, hoc est in nullius Regis esse possessione, & tunc etiam nullus ex Regibus poterit in eiusmodi probabili facti probatione bellum gerere, ut Regnum occupet. Ita Vasquez & Tanner. quos sequitur citatus Merolla tom. 1. d. 3. cap. 4. dub. 3. num. 204. Ratio est, quia obstat ius Regni vacantis, dum enim non est certum ius pro aliquo ex Regibus, ipsum Regibus liberum manet. Sic Salas, p. 2. tit. 8. d. un. lect. 13. num. 128. apud Castrop. cit. n. 10. prævalet enim Regni libertas, si non constet de servitute. Quare tunc Regnum vel se gubernet, vel se alterutri ex Regibus gubernandum sponte tradat, vel certe recuratur ad Indices eo modo, quem idem Castropalaus ibidem affert.

11. Num. 35. Postremo si certus sit Rex Regnum ab alio Rege possit esse suum, illum admoveat, ut Regnum consignet Domino: si veniat, bellum gerere contra ipsum poterit. Ita Vasq. Molin. Salas apud Castrop. cit. n. 13. quamvis enim Rex, qui occupat Regnum, non cognoscat veritatem, adeo ut iniuriarum materialiter faciat, quam propulsare licet illi, qui de sua re certus est.

12. Limitationes autem necessarias antea attulerat Tamburinus, in quas Baronij oculos non incidit mirum non est (quare since illam nunc excuso) siquidem illæ alio in loco sunt ab eo, in quo agitur de Rege. Sunt enim, ubi est universalis disputatio de probationibus aequalibus circa ius, vel circa factam, & sunt huiusmodi.

13. TAMB. Num. 14. Verum, quando rem (ait l. 1. cap. 3. §. 3. num. 14.) de qua sunt aequales rationes quoad probationes iuris, altera ex partibus possidet; an possit parti non possidenti ea attribui, maior est controversia; putato tamen privatos (nam quid in hoc casu facturus sit Iudex, dicam mox §. 4. à n. 1.) non posse sibi à parte, quæ possidet palam, vel occultè, eandem auferre. Ita Thom. Sanch. l. 6. in Decal. c. 3. n. 7. & l. 4. in Decal. c. 40. n. 8. Castrop. tom. 1. tit. d. 3. p. 2. n. 11.

Ratio est, quia licet quis habeat opinionem probabilem, imò probabiliorē, quo ad ius, aliquam rem esse suam, nisi habeat certitudinem saltem moralem, rem verè esse suam, non est probabile, posse facere spoliū auctoritate propria contra possidentem. Vtior autem ratio est, quia etiam hic maxime militat illud, in pari causa melior est conditio possidentis. Par autem moraliter semper est causa utriusque litigantis, donec utriusque causa in iure probabilis perseveret, & alterutra non transit in certam.

14. Num. 15. Non ignoro aliquos apud Ioan. Sanch. d. 43. à Num. 49. docere, habentem rationes probabiles, quo